

BREVIS ET METHODICA TRACTATIO

περὶ τῆς ἐκστάσεως.

PROPOSITA AD DISPVTANDVM INCLITAE ARTIVM FACVLTATI LI-
psensi, secundum eiusdem statuta, ad diem Iul. XIII.
quo post natum Christum Anno 1359.
celeberrimus Iurisconsultus Bartolus
Saxoferratensis obiit Perusij
ætatis suæ Anno 46.


SVBIECTIS ALIIS ETIAM QVAESTIO-
nibus de Spectris & Vmbrarum
apparitionibus.

RESPONDENTE M. IACOBO
STRASBVRO FRIBERGENSE,

LIPSIAE:

ANNO M. D. LX.

Hem. ff. dia.



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antierpie ad 62. L
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendind Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pöniala alio. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarind. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. aspenanda p. iul. Aug. 8.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Sheomey de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pignemoria. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naey de Phebomina. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menary de catharus, rudente Pehio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Pochroffis de Thelamgha alio.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naey, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegione, 1 Hamilley & Flacq.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Masheolis. E.

24. Disputa. R. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis februm in græc, V. Clavij.
27. Diss. P. Svin: Scherby de Archi Tri notica.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Doctores
29. V. Peembach & doct. 3 Quæst. medica (D
31. De calore & spiritus nativis diss. Meinerz & Steinhilber. C.
32. De uno & eiss quatuor V. Hoffmann & Scherby
33. De lacte diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Esstasis Strack
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderat. ratio V. Meinerz. C.
37. Cæ & principia certitudinis V. Tili Regionoh. C.
38. Diss. de sepe nativis diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ca. petri & Bernhardi Eincedling
40. Cui & Scherby V. Herring Steinhilber 41. V. Kontmann.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{bro. off} melf
44. Facies & mores mense carum 45. Caphys V. Pistor. E.

BREVIS ET METHODICA TRACTATIO

περί τῆς ἐκσέσεως.

PROPOSITA AD DISPUTANDUM INCLITAE ARTIVM FACVLTATI LI^psenſi, ſecundum eiufdem ſtatuta, addiẽm Iul. XIII.

quo poſt natum Chriſtum Anno 1359.

celeberrimus Iuriſconſultus Bartolus

Saxoferratenſis obiit Peruſij

ætatis ſuæ Anno 46.

SVBIECTIS ALIIS ETIAM QVAESTIONIBUS de Spectris & Vmbrarum apparitionibus.

RESPONDENTE M. IACOBO

STRASBVRO FRIBERGENSE,

Hen. ff. dia.

LIPSIAE.

ANNO M. D. LX.

BREVIS ET ME

THEORICA TRACTATIO

et

PROPOSITA AD DISPUTANDUM

DE

PROPOSITIONIBUS

ANNO 1719

PROPOSITIONIBUS

PROPOSITIONIBUS

ANNO 1719

1719

PROPOSITIONIBUS

PROPOSITIONIBUS

PROPOSITIONIBUS



RESPONDIT M. JACOBO

PROPOSITIONIBUS

1719

ANNO M. D. C.

I.

Sapientissimus poëta Virgilius felicem iudicat hunc etiam, qui, ut ipse inquit, potuit rerum cognoscere causas, propterea forsan, quod cum uita humana sine literis sit uiui hominis sepultura, hæc uel unica, uel saltem præcipua solidæ eruditionis sit commendatio, quatum perfecte aliquid scire dicimur, cum causis recte cognitis rem totam atque eius naturam penitus introspicimus.

II.

Nos igitur ueritatis eliciendæ gratia quærimus de istis hominibus, qui ueluti rapti extra sese, & in alium quasi locum translati, mortuis non dissimiles iacent, sine ullius uel sensus uel motus significatione, cuius tamen postea elapsis aliquot diebus & signa & usum non dissimulant, cum iam uita recepta hanc lucem iterum agnoscunt, & ad se redeunt subita & prodigiosa alteratione, cum terribili plerumque enumeratione earum rerum, quarum aut ipsi tanquam præfentes fuerunt spectatores, aut certe auditores ab alijs harum fabulas & miranda commenta acceperunt.

III.

Nec dubitamus nos operæ precium facturos hoc præsertim tempore, quo nunc narratur Fribergi (in urbe celeberrima, de nobis, ut facile patriam agnos-

A ij scas

cas, optime semper merita) exemplum de puella rustica mirabile, & alio um opinione, non plane diuersum ab eiusmodi ludificatione: quanquam ego de hoc toto negotio contra piorum atq; eruditorum uirorum iudicia, nihil nunc quidem constanter affirmauero.

IIII.

Nam ut præsentia quæ sunt in medio relinquamus, & quia odiosa sunt alijs, subito in re dubia iudicantibus, & quia præludia huius Tragœdiæ nota quidem multis sunt, epitasis uero in euentu est posita: nos in genere nunc maxime τῆς ἐνσάκτου causas peruestigare uolumus, ut earum collatione, quid potissimum in illa obscuritate sit probabile & sequendum, eluceat.

V.

Inter alias autem significationes τῆς ἐνσάκτου, quas homines literati & Græcæ linguæ studiosi etiam non admoniti intelligunt, nos eam nunc quidem agnoscimus, cuius in secundo themate, quædam ueluti accidentia proposuimus, ut horum enumeratione remotis ambiguis nostræ disputationis certitudo confirmetur.

VI.

Esse autem eiusmodi homines, quos Græci appellant ἐνσακτικούς, non est dubium, præsertim cum ipsi etiam effectus sint manifesti, & signa euidentia non fallant, quibus omnibus si parum tribuimus, experientiam certe uniuersalem negare non possumus.

VII.

Sed

Sed constat magnam ubique fuisse opinionum
dissimilitudinem de hoc monstroso malo, inter quas
tamen illa uetustatis uel præcipua fuit, qua animas a
corporibus falso crediderunt separari fabulosis poë-
tarum narrationibus persuasi homines, ut quod de
maximis et grauissimis rebus inclusæ uinculis corpo-
reis non commode possent, liberiore secessu perlustra-
rent, & postea certiores de singulis factæ, in suum qua-
si ergastulum redeunt, alijs uisa & audita comme-
morando referrent.

VIII.

Nec hic etiam audiendi sunt Physici subtiliores
qui in cælestem animi originem dum intuentur, om-
nes *insæptas* diuinas esse, & ad deorum naturam refer-
ri oportere contendunt: quanquam nec illi etiam de
modo & forma consentiunt, quorum tamen specu-
lationes contemnere, quam nunc prolixius enumera-
re malumus.

IX.

Medici (ut fere solet hoc genus hominum sapi-
ens & amans ueritatis in scrutandis naturæ partibus)
non male quidem nec inepte differunt de hoc etiam
mysterio, sed illud humana quadam infirmitate non
penitus assequuntur. Eius enim causam referunt so-
lummodo ad copiam & uehementiam humoris Me-
lancholici, quo natura cerebri ac spirituum sic im-
mutetur, ut fiat quidam ueluti secessus animæ in sese,
auocata iam a corporis ministerio ad rerum abscon-
ditarum meditationem et phantasias, pro materiæ di-
uersitate varias & multiplices.

A iij

Colla

Collatis igitur nunc aliorum opinionibus, quæ sunt reliqua & nostri officij iuuante Deo persequimur, & a definitione auspicamur. Est igitur *ἔκστασις* affectio animi uehemens, aut cum secessione animæ in sese auocata a corporis ministerio: aut sine secessione animæ, manentis in propria sede, & suo fungentis officio insensibiliter, toto etiam corpore ueluti mortuo, orta partim ab humore Melancholico, partim ludibrio Diaboli uel adhibentis aliunde, uel afflantis aërem cordis refrigerationi necessarium, & uariarum cogitationum seriem artificiose contextentis, & mirifice uariantis de præsentium rerum mutationibus, & futurarum euentu, præteritis etiam interdum annexis ex falsa & insolenti imitatione τῶν ὁπωστέων καὶ ἀποκαλύψεων in uera Dei Ecclesia, ut confirmet sui regni superstitiones & idolomanias.

Sed in duas species distinguitur *ἔκστασις*.

I. Aut in eam, quam causa distinctionis hoc tantum loco naturalem & simul Diabolicam uolumus appellare, cuius iam modo positam amplectimur & defendimus definitionem.

II. Aut in eam, quæ diuina est, & præternaturalis dicitur, cum scilicet sancti homines a corporibus auocantur, & anima aut separata in seipsam concluditur: aut traducta in cœlum & cœlestibus repleta spectaculis in corporum carceres diuinitus reponitur. Quamquam huius etiam modum humana imbecillitas

uix assequitur, & raro in tam arduarum rerum contemplatione ipsa sibi satis unquam facit.

XII.

Positis duabus speciebus, singularum causas addere necesse est, ut, quod antea obscurius attigimus, nunc expressis artium uocabulis declaremus.

I. Causa igitur efficiens raptus piorum una est & simplex Spiritus sanctus, Sed Diabolicæ ἐκκείως sunt plures, & gradibus distinctæ.

1. αἰτιον seu principale agens est Diabolus cum suis præstigijs.

2. σῶματιον seu minus principale agens est atra bilis, & πᾶσι μελαγχολικᾶ, quibus utitur ueluti occasionibus Satan ad insinuandas atq; obijciendas nescio quas fabularum nugas.

3. συνεργον, tristitia antecedens, morbi alicuius uehementia, mala cerebri dispositio & prona ad insaniam.

XIII.

II. Causa formalis ἐκκείως diuinæ potest esse duplex. Fieri enim creditur, anima

1. Vel excedente diuino ductu e corpore ad cœlum.

2. Vel secedente ad tempus in seipsa.

A iiij

Horum

Horum tamen neutrum satis aut probare aut constanter negare possumus. Nam etiam D. Paulus cum de suo raptu, id est, de uisione sibi exhibita dicit, non obscure fatetur, se ignorare, utrum anima exeat e corporibus *ἐκστανῶν*, an in suo permanens hospitio diuinitus regatur. Qui autem modus & quæ sit forma raptus impiorum, antea expressum est in definitione.

XIII.

III. Causa materialis

1. EX QVA propria nulla est.
2. IN QVA non satis est euident & perspicua. Nam raptus sanctorum plerumque fieri putatur uel a corpore ad cælum, uel in corpore ipso, contrahente se anima in certum locum: aliorum uero *ἐκστροφῆς* fieri simpliciter in ipso cerebro existimantur.
3. CIRCA QVAM, Raptus piorum reuelationibus diuinis occupantur per Spiritum sanctum oblati. Diabolica *ἐκστροφῆς* uaria cogitationum monstra complectitur, & modo circa res præsentis uersatur, modo præteritarum recordatione oblectatur, modo in futuris mirabili perspicacia intuetur.

XV.

IIII. Causa finalis. *ὁράματα* diuina aut plana sunt & perspicua, aut si obscurius offeruntur, ad normam tamen uerbi Dei congruunt, & a Spiritu sancto, qui confert dona interpretationis, explicantur. Spectant autem potissimum uel ad confirmandam ueritatem, uel ad eximendos aliquos errores ex animis sanctorum.

rum. Sic Petrus reuocatur ab obseruatione discrimi-
 num in cibis καὶ ἔκαστω, quæ & a uerbo Dei non erat
 aliena, & cum temporis ratione conueniebat. Erat
 enim nunc abolenda Moysis politia, & ceremonijs
 sublati regnum Christi constituendum. ὁράματα Dia-
 bolica plerunq; sunt intricata & ambigua, & fiunt ἐκ
 τῆς κακοζυλίας, & insolenti diuinarum reuelationum
 æmulatione, ad stabiliendas superstitiones, & confir-
 mandas alias hominum traditiones.

XVI.

Cognitionem non exiguam cum ἐκαστῷ habent
 illi, qui λυκάονες & λυκάνθρωποι nominantur, quorum
 & meminit Herodotus, sed per risum, ita ut non dissim-
 ularet hanc μεταμέθεωσιν pro nugis inanibus olim
 fuisse habitam. Rîdîcula etiâ nostro tempore mul-
 tis sapientibus diu fuit, sed nunc in Liuonia certis co-
 gnita indicijs, ac fide testium satis grauium compro-
 bata.

QVAESTIONES DE SPECTRIS ET VMBRARVM APPARITIONIBVS.

QVAESTIO I.

AN Spectra & Vmbrarum apparitiones, quæ uel
 ad templa, uel tumulos, uel alibi etiâ uiuorum
 oculis obuersantur, eorum sint animæ, qui uita ex-
 cesserunt? utrum uero hoc omne quod fit, ex senten-
 tia Chrysostomi plerunq; fieri recte affirmetur im-
 postura & fraude Dæmonis? qui, ut illudat misero & ad
 B quas

quasuis superstitiones credulo hominum generi, secundum poëtam
Omnia transformat sese in miracula rerum.

II.

Vtrum Athanasij grauissimi & sanctissimi uiri opinio a uera religione non sit aliena, affirmantis alia qua spectra seu umbras, quæ in κοιμητηρίοις sanctorum appareant, non illorum esse animas, sed transformatos in speciem diuorum angelicos spiritus?

III.

Vtrum imaginatio (quæ teste Quintiliano imagines rerum absentium ita animo repræsentat, ut eas cernere oculis & præsentibus habere uideamur) uana interdum uisa & animi sensum fallentia, uel ex metu, uel alia affectione corrupta, obijciat & subministret?

IIII.

An cum in sacris literis fiat mentio Samuelis per Pythonicam resuscitati Sauli ipsum Samuelem apparuisse? utrum uero spectrum eiusmodi, quod Prophetæ quidem nec ætate, nec habitu, nec ore & facie fuit dissimile, dæmonis ludificatione fuisse subornatum, sit affirmandum?

